



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XV. Sacerdotes Mirabili Modo Saluatoris generatores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

saurus est Deus, qui idē Deus & pars & hæreditas Clericorum esse debet. 5. Angeli sapientissimi sunt, 2. Reg. 14.v.20. decet & Clericos diuinæ legis peritos esse. Mala ch. 2.v.7. Tit. 1.v.9. 6. Angeli promptissimi sunt ad diuinum obsequium eumque Dominum suum assidue collaudant. Ps. 102. Isa. 6. Apoc. 5. Et his dicitur Ps. 133.v.1. Ecce nunc benedicte Dominum omnes servi Domini. Quis statis in domo Domini, in atriis Domini Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicte Dominum. 7. Angelus idem est, quod nuncius & sacerdos sicut & beatus spiritus diuina hominibus nunciat. Hinc S. Dionys. de caelesti Hierarchia. Nihil, ait, vt reor, absurdum est, si sacerdotem hominem, Theologia quoque angelum vocat, qui pro viribus Angelicæ proprietati dicendo participat, atque ad Angelorum similitudinem (vt homini possibile est) per nuncianti officium nititur. Quin & Angelis præstant sacerdotes absoluendi & consecrandi potestate Chrys. l. 3. de sacerdi-

## CAPUT XV.

SACERDOTES MIRABILI MODO  
Saluatoris generatores.

§. **S**VNT quasi quidam CHRISTI Domini parentes,  
nam 1. illū diuino modo in Eucharistia pariunt.  
2. Salutifera prædicatione eundem animis auditorum,  
vt ibi perfidem habitet, ingnunt: sic Apostol. Christum tanquam fœtum in Galatarum animis confor-  
mare ostendit, cum c. 4.v.19. ita ad illos scribit: Filioli  
mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. S.  
Greg. hom. 3. Euang. Quasi parit Dominum, ait, qui eum cor-  
di audientis infundit, & mater eius prædicando efficitur, si per eius  
vozem amor Domini in proximi mente generatur. Io. 4.14. v.23.  
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus di-  
liget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum facie-

misi.

mus. 3. Diuinæ legis obedientia & vitæ sanctimonia,  
spectatorum pectoribus Christum ingenerant Mat.12.  
v.50. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est,  
ipse meus frater, & soror, & mater est.

C A P V T XVI.

**MAXIMA EST SACERDOTIVS CVM  
Deipara Virgine similitudo.**

**M**VNV Sacerdotij tale ac tantum est, vt cum materna sanctissimæ Virginis MARIAE dignitate sit comparabile. 1. Deipara corpori Christi formando purissimum sanguinem suppeditauit, Sacerdos panem & vinum in C H R I S T I corpus & sanguinem conuertit. 2. Illa in utero, hic in altari. 3. Ibi sine mora facta est incarnatione, hic sine cunctatione transsubstantiatio. 4. Ibi virtute Spiritus sancti & Virginis ministerio generatus est CHRISTVS Deus & homo, hic paracleti ope, & Sacerdotis voce producituridem Christus verus Deus verus homo. 5. Illa octo verbis, *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Luca 1.v.38. Christum traxit in uterum suum. Hic quinque illis arcanis verbis Christum deducit in manus suas. Mat. 26.v.26. *Hoc est n. corpus meum.* 6. Illa attrahit infantulum passibilem, mortalem. Hic virum perfectum adducit immortalem, beatissimum. 7. Illa semel, hic quotidie. 8. Illa Christum non distribuit. Hic omnibus potentibus impertit. 9. Hic largitur Spiritum sanctum; ligat & solvit peccatores, cœlum claudit & aperit, quod illi concessum non fuit. *Innocentia de patentia & remiss. cap. Nova quadam. Licet beatissima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis vniuersitatis; non tamen illi, sed ipsis Dominus claves regni cœlorum commisit.*

C A P V T